

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Augustini in euangelium secundum Iohannem sermones  
CXXIIII - Cod. Aug. perg. 47**

**Augustinus, Aurelius**

**[Reichenau ?], [14. Jh.]**

Sermo LXXVIIII

[urn:nbn:de:bsz:31-64194](#)

dixit ad patrem; nam profecto ad illum ibat quicunque erat. sed hoc erat ut a deum & recedere a nobis mutaretur atque immortale faceret quod mortale suscepit ex nobis & levare in celum per quod fuit in terra pronobis; quis non hic gaudeat quis sic diligit Christum ut & suam naturam iam immortalem gratulatur in Christo. atque id se sperat futurum esse per Christum.

**INCIPIT SERMO LXXVIII DEOQUOD DICIT. ET NUNC DIXI UOBIS PRIUS QUAM FIAT UT CUM FACTUM FUERIT CVM DEXTIS USQ. AOID. ET SIC UTA NDATUM DEDIT MIHI PATER SIC FACIO SURGITE ET MASHINE.**

**D**omine & saluator noster Ihesus Christus dixerat discipulis suis; Si diligenter me gauderetis utique quia uado ad patrem. quia pater maior me est; quod ex forma serui eum dixisse. non ex forma dei in qua aequaliter est patri. nouit fides quae religio si est mentibus fixa. non calum nosis & dementibus ficta; Deinde subiunxit. Et nunc dixi uobis prius quam fiat. ut cum factum fuerit credatis; quid est hoc. cum magis credere homo debet antequam fiat id quod erendum est. haec est enim lumen fidei. si quod creditur non uidetur; namquid magnum est si creditur quod uidetur. secundum illum eiusdem domini sententiam quando discipulus arguit dicens. quia uidi sti credidisti. beati qui non uidentur credunt. & nescio utrum credere dicendus est quisque. quod uidet; nam ipsa fides in epistola quae scribitur ad ebreos. ita est definita; Est autem fides sperandarum substantia coniunctionis rerum quae non uidentur; qui propter si fides est rerum quae creduntur. eademque fides earum rerum est quae non uidentur. quid sibi uult quod dominus ait. Et nunc dixi uobis prius quam fiat. ut cum factum fuerit credatis. nonne potius dicendum fuit. & nunc dixi uobis prius quam fiat ut credatis. quod cum factum fuerit uidentur. Nam & ille cui dictum est. quia uidi sti credidisti. non hoc credidit quod uidit. sed aliud uidit. aliud credidit; uidit enim hominem credidit dominum. Cernerat quippe utique tangebat carnem uiuentem quam uiderat morientem. & credebat dominum in carne ipsa latenter; credebat ergo mente quod non uidebat per hoc quod sensibus corporis apparebat; Sed & si dicuntur credi quae uidentur. sicut dicit unus quisque oculis suis credidisse. non tam ipsa est quae in nobis aedificatur fides. sed ex rebus quae uidentur. agitur in nobis ut ex credantur quae non uidentur. quo circa dilectissimi unde nunc mihi sermo est. quod dominus ait. Et nunc dixi uobis prius quam fiat. ut cum factum fuerit credatis. illud utique dicit. cum factum fuerit quod eum post mortem usurperant uiuentem & ad patrem ascendentem.

quo usq; illud fuerant credituri quod ipse esset & Christus filius dei qui potuit  
 hoc facere cum praedixisset & praedicere antequam ficeret, creditur u  
 tem hoc non fide noua sed aucta. Aut certe cum mortuus esset defectus,  
 cum resurrexisset refecta, neque enim eum filium dei non & ante credebat.  
 sed cum in illo factum esset quod inter praedixit fides illa quae tunc quan  
 do illis loquebitur fuit parua. & cum moreretur paene iam nulla. & reuixit  
 & crevit. Deinde quid dicit. Jam non mutaloquar uobis scilicet. uenit enim  
 princeps mundi huius, quis nisi diabolus. & in me non habet quicquam.  
 nullum scilicet omnino peccatum; sicut enim ostendit non creaturem sed  
 peccatorum principem diabolum. quos nunc nomine mundi huius appellat.  
 & quotienscumque mundi nomen in mali significatione ponitur non os  
 tendit nisi mundi istius amator est. De quibus alibi scriptum est. Quicunque  
 uoluerit amicus esse saeculi huius. inimicus dei constitutus est; absit ergo ut  
 sic intellegatur diabolus princeps mundi tamquam gerat uniuersim mun  
 di. id est caeli & terrae atque omnium quae in eis sunt principatum. De  
 quali mundo dictum est cum de proprie uerbo sermo esset. & mundus per  
 eum factus est. uniuersus itaque mundus a summis caeli usque ad infimam  
 terram creatori est subditus. non desertori. redemptori. non interemp  
 tori. liberatori. non captiuatori. doctori. non deceptor; Quem animo  
 dum autem sit intellegendus princeps mundi diabolus. evidentius ape  
 ruit apostolus paulus. qui cum dixisset. Non est uobis conluctatio aduer  
 sus carnem & sanguinem. id est aduersus homines. subiecit atque ait. Sed  
 aduersus principes & potestates & rectores mundi tenebrarum harum;  
 sequent enim uerbo exposuit quid dixisset mundi. cum subiecit tene  
 brarum harum. ne quisquam mundi nomine intellegere & uniuersam cit  
 aturam. cuius nullomodo sunt rectores angeli desertores; Tenebrarum  
 inquit harum. id est mundi istius amatorum. ex quibus tamen electi  
 non persuum meritum sed per di gratiam quibus dicit. Fuisse enim  
 aliquando tenebris. nunc autem lux in domino. Omnes enim fuerunt sub  
 rectibus tenebrarum harum. id est hominum impiorum. tamquam te  
 nebrae sub tenebris. sed gratias deo queruit nos sicut dicit idem apostolus.  
 de potestate tenebrarum. & transiit in regnum filii caritatis suae.  
 in quo princeps huius mundi hoc est tenebrarum harum non habebat  
 quicquam. Quia neque cum peccato dei uenerat. nec eius carnem depec  
 cit a propagine uirgo pepererat. & tamquam ei dicitur. Cui ergo  
 moreris si non habes peccatum. Cui debet uirtus mortis supplicium. com  
 nuo subiecit. Sed ut cognoscat mundus quia diligo patrem. & sicut

mandatum dedit mihi pater sic facio. surgite eamus hinc; Discubens enim discubentibus loquebatur; eamus autem dixit; quo, nisi ad illū locum unde fuerat tradendus ad mortem quin nullum habebat meritum mortis. sed habebat ut more & cur mandatum patris. tamquam ille de quo praedictum erat. quae non rapuit tunc exsoluebam. mortem sine debito solitus. & nos a morte debita redempturus. Rapuerat autem adam peccatum. quando manum in arborem præsumptione deceptus extendit.<sup>1</sup> ut incommunicabile nomen inconcussè diuinitatis inuaderet. quā filio di natura contulerit. non rapina.

**INCIPIT SERMO LXXVIII DE EO QUOD DICIT. EGO SUM UITIS UERAE ET PATER MEUS AGRICOLA USQ. AD ID UOS IN COMMUNIESTIS PROPTER SERMONEM QUEN LOQUITUSSUM UOBIS.**

**I**ste locus euangelicus fratres ubi sedicit dñs utem & discipulos suos palmites. secundum hoc dicit quod est caput ecclesiae. nosq. membra eius. mediatori & hominum homoxps ihs. unius quippe naturae sunt uitas & palmites; propter quod cum esset dñs cuius naturae non sumus. factus est homo. ut in illo esset uita humana natura. cuius & nos homines palmites esse possemus. quid ergo est. ego sum uita uera. numquid ut adderet uera. hoc idem utem resultat unde ista similitudo translata est. sicut enim dicitur uita persimilitudinem. non per proprietas. quem animodium dicitur. ouis. agnus. leo. p̄tra. lapis angularis &c & cetera huiusmodi. quae magis ipsa sunt uera & quibus dicuntur istae similitudines non proprietates. sed cum dicit. ego sum uita uera. ab illa se uita. discernit cui dicitur; quomodo conuersa es in a maritudinem uita alienae. nam quo pacto est uita uera. quae expectata est ut facta & uiua fecit autem spinas. **E**go sum inquit uita uera. & pater meus agricola est; omnem palmitum in me non ferentem fructum tollit eum. & omnem qui fert fructum. purgabit eum ut fructus plus adferat. Numquid unum sunt agricultura & uita. Secundum hoc ergo uita xps. secundum quod ait. pater maior me est. Secundum autem id quod ait. ego & pater unum sumus. & ipse agricultor est. Hec talis quales sunt qui extrinsecus operando exhibent ministerium. sed talis ut dicitur & iam intrinsecus incrementum. nam neque qui plantat est aliquid neque qui rigat. sed qui incrementum dicitur dñs. Sed utique dñs est xps. quia dñs erit uerbum. unde ipse & pater unum sunt. & si uerbum caro factum est quod non erat. manus quod erat. denique cum deponit tamquam de agricultor dixisse & quod in fructuosos palmites tollit. fructuosos autem purget ut plus adferant fructum. continuo & iam se ipsum mundatorem palmitum ostendens. Jam uos inquit mundat pater sermonem quem loquitus sum uobis.